

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quòd Aelurus Timotheus Alexandrino episcopatu recuperato, patriarchatus  
ius ecclesiæ Ephesinæ reddens, Chalcedonense concilium anathemate  
percellabat. Cap. VI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

quidem infinitæ cædes factæ, sanguisque orthodoxorum iniuste & iniquè fusus est) exigua admodum videri. Postea etiā addit: Contestamur corā Seruatore nostro Iesu Christo nostrū cultū erga deū & pietatē liberam esse: oramusq; vt cum illi tū præcipue episcopus Cōstantinopolis, qui ne quiter multis in rebus suo officio functus deprehenditur, iusto, canonico, & ecclesiastico iudicio condemnetur, abdi ceturq; episcopatus gradu. Zacharias porrò ista quoq; scribit ad hunc modum. Literis imperatoris, quas scripsit generatim ad oēs, diuulgatis, monachi, qui Constantinopoli peruerso errore Eutychis infecti erant, rati se, cum Thimo theum & literas imperatoris nacti fuissent, subsidia ad hæresim suam tuendam inuenisse, sperantesque se iam suum institutum commodè posse persequi, propere ad Thimo theum se conferunt: accum à Thimotheo, qui Dei verbum secundum carnem nobis consubstantiale, patri autem consubstantiale secundum diuinitatem ostendit, essent refutati, domum reuerterunt.

*Quod Aelurius Timotheus Alexandrino episcopatu recuperato, patriarchatus ius ecclesiae Ephesinæ reddens, Chalcedonense concilium anathemate percellebat.* Cap. VI.

**I**dem scriptor narrat Timotheum Constantinopoli egressum, perrexisse Ephesum, Paulumq; illius urbis pontificem (qui quidem iam dudum ab episcopis prouinciarum, sicut vetus ecclesiæ consuetudo postulat, creatus fuerat, sede tamen post exciderat) in sede episcopali collocaisse. Reddidit præterea idē Timotheus ecclesiæ Ephesianæ ius patriarchatus, quod concilium Chalcedonense, vt in ante demonstratum est, ei ademerat. Inde tandem soluit, petit que Alexandriam: ibi ab omnibus, qui ad eum accedebat, postulauit, vt cōcilio Chalcedonensi anathema denuntiantur. Resilierūt ab eo, sicut à Zacharia traditū est, cū alij cōplures suæ factionis, tū Theodosius, unus ex eorū numero, qui Ioppe à Theodosio, episcopo tū à quibusdā designato Hierosolymosū, cū Iuuinalis Cōstantinopolī cōfugerat.

Kk 2 Qyōd